Puer autem samuel proficiebat atque crescebat et placebat tam deo quam hominibus. Lectio. Infra ebdomadam. L. i.

Factum est autem in die quadam hely iacebat in lecto suo: et oculi eius caligauerant: nec poterant uidere lucernam dei: antequam extingueretur. Lectio. ii.

Samuel autem dormiebat in templo domini ubi erat archa domini. ubi erat tabule moysi. Et uocauit dominus samuel. Lectio. iii.

Consurgensque samuel abiit ad hely et dixit. Ecce ego quia uocasti me. Qui respondens non uocaui te fili mi reuertere et dormi. L. iiii.

Porro samuel necdum sciebat dominum: neque reuelatus fuerat ei sermo domini. L. v.

Dormiuit autem samuel usque mane. aperuitque hostia domus domini: et samuel timebat indicare uisionem hely. L. vi.

Vocauitque hely samuelem et dixit. Samuel fili mi. qui respondens ait. presto sum. Et interrogauit eum. Dominica tercia. L. prima.

Lizenz: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. 199v – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/de/snm/LM004624-2/199v)